

**P**rincipum moribus intendere, & quæ  
illis saluo decore placeant excogita-  
re, non inutile consilium egenti, quod si  
vñquam clarissimè diebus nostris appa-  
ruit, sub Ioanne xxii. Rom. Pont. Ho-  
mo perstudiosus, & vehementioris ani-  
mi, hinc lectioni librorum inhiabat, il-  
licc simultates acerbas & inextricabiles  
agens cum Imperio Romano, alteram vi-  
tæ partem huic studio deuouerat. Cæte-  
rum cum à legendo & senium & curarum  
varietas retardaret, gratissimus erat illi,  
quisquis defloratos ut propriè dicam li-  
bros, sub breuiloquio perstringeret redi-  
geretique in eas quas tabulas vocant, in  
quibus omne quod ex libris quæreretur  
facillimum esset inuentu. Rursus affectu  
alio impulsus, nihil cupidius audiebat,  
quam rumores ex Italia Germaniaque:  
has enim ante alias supra stomachum ge-  
rebat, quibus audiendis, siue veri siue ni-  
hil ad rem modò læti essent, atque ma-  
gnifici, mirum in modum creduli senis  
incensum pectus mulcebatur. His dua-  
bus igitur vijs, multos e tempore vidi-  
mus, ab extrema iuopia, raptim ad mag-  
nas